

facere, & solidare, solius naturæ & caloris natu*ri* opus esse. Respondetur, sarcotica non dici, quod carnem faciant, sed quod materiam præparent, ut in carnem mutetur. sed & calori natu*ri* ad id perficiendum auxilio sunt. His contraria sunt, carnem minuentia. Talia sunt, quæ valenter degunt, & quæ epuloticis proxima sunt.

g 3. meth. 4. Vulnera glutinantia, *καλυτικαὶ b* sunt, quæ recētia labra vulnerum adducta coniungunt, quatenus prohibent, ne inter labra humor aliquis influ-

h 3. meth. 4. at. Hæc plus siccare debent quam Sarcotica h. Talia sunt adstringentia crassæ substantiæ, ac siccata ordine secundo, calore temperato. Quibus vtimur, vbi sordes fuerint expurgatæ, cavitates carne repletæ, aliaque, quæ glutinationem impediunt, fuerint sublata. Et hæc differunt ab epuloticis secundum magis & minus.

i 3. meth. 5. Cicatricem inducentia, *ἰπτελωτικαὶ i*, sunt, quæ ulcerum carne repletorum labia, quoad superficie vehementer exiccat, quo cutis instar cicatrix obducatur. Quæ frigida sunt, mortuam tamen parentia, siccissima, quo humorum absument, & crassioris substantiæ, ut carnem contrahant atque densent.

k 5. coll. 15. Quare Auerroes dicit styptica esse debere & forte siccata. Hinc Galenus differentiam inter glutinantia & cicatricem inducentia medicamenta exposuit. In glutinatione ulcerum siccandum est, quod affluit, quo affecta pars superuacuis careat. In cicatricis obductione non modo quod affluit, verum etiam humor, qui in ipsa carne continetur, est consumendus. Glutinantia medicamenta humorum, qui præter naturam est, tantum exiccat.

Cicatri-